



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Abbatia S. Germani de Pratis ad muros vrbis Parisiensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

I. Cor. 14.

Pontifex Apostolum dicere Paulum: *Omnia vestra honesto cum ordine fiant: statuit diem, quo Rex intraret, ad suscipienda diuinæ pietatis Sacramenta.* Quale fuit tunc Sanctis Dei gaudium, qualis in Ecclesia Christi latitia, cum viderent Regem Niniue ad prædicationem Iona de solio maiestatis sue descendisse, & in cinere sedisse pœnitentia: & sub pia Dei sacerdotis dexterâ suæ excellentiæ caput humiliare. Hactenus Alcuinus, in vita s. Vedasti, apud Laur. Surium.

## CAPVT VI.

*Abbatia S. Germani de Pratis ad muros urbis Parisiensis.*

559.

**I**llustris huius monasterij fundator fuit Childebertus Rex Francorum, filius Clodonei primi Regis Christiani, qui cum ex Hispania adtulisset stolam S. Vincentij Leuitæ & martyris, cum alijs plurimis sanctorum reliquijs, iuxta ordinationem s. Hermanni tunc Parisiensis Episcopi, templum in honorem eiusdem s. Vincentij, quod nunc s. Hermanni de Pratis dicitur, excitadum curauit. Rei fidem facit Aymoinus monachus lib. 2. cap. 20. his verbis. Verum Childebertus acceptam S. Vincentij stolam, Parisias defert, edificat amq; solotenus, secundum beatissimi Germani dispositionem basilicam, uomini eiusdem

S. Leni-

S. Leuitæ ac Martyris dedicari fecit. In qua non  
minimam vasorum partem, quæ eum à Toleto  
aportasse supra memorauimus, cum capsis Eu-  
angeliorum, cruces quoque mirifici operis, alia-  
que deuotus excellentissima contulit munera.

## DIPLOMA CHILDEBERTI Regis.

**C**hildebertus Rex Francorum, vir illustris.  
Recolendum nobis est, & per pensandum  
utilius, quod hi qui templa Domini Iesu Christi  
reædificauerint, & pro requie animarum ibi-  
dem tribuerint, vel in alimoniam pauperum ali-  
quid dederint, & voluntatem Dei adimpleue-  
rint, in æternâ requie sine dubio, apud Dominum  
mercedem recipere meruerint. Ego Childeber-  
tus Rex vñà cum consensu & voluntate Fran-  
corum & Neustrasiorum, & exhortatione san-  
ctissimi Germani Parisiorum vrbi Pontificis, vel  
consensu Episcoporum, cœpi construere tem-  
plum in vrbe Parisiaca prope muros ciuitatis, in  
terra quæ aspicit ad fiscum Isciacensem, in loco  
qui appellatur Locotitie: in honore S. Vincentij  
Martyris, cuius reliquias de Spania apportau-  
imus, seu & sancta Crucis, vel Sancti Stephani,  
& Sancti Fetreai, & Sancti Iuliani, & beatissi-  
mi Sancti Gregorij, & Sancti Geruasij, Protha-  
sq, Nazarij, & Celsi pueri, quorum reliquiae ibi

junt